

81  
da  
**Grochowski**

**Debitum**  
Coram officio et Actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Branseensibus  
personaliter comparens nobilis Gregorius olim Jacobi Bogardski sanus mente  
et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia nobili Josepho filio  
nobili Joanne Holonka Grochowski et ipsius prosteris certi ben et liqui-  
di debiti mutuatiq; pecuniarum Duodecim florenos polon. hinc et ab ali  
presenti pro Dominica Septuagesima in Anno Millimo Sexcentesimo  
Quinquagesimo secundo pro futuro et ab expectatione eiusdem sum-  
ma in qualibet septimana labores per unam diem expedire ac solve-  
re se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac in dicit.  
Sub radio simili aliorum Duodecim florenos polon. Et coram offi-  
presenti peremptoria ratione sine ulla Dilatione motione appellationis  
diffugio quovis ac Exceptione.

**Dzierzek**

**Quietatur**  
Coram officio et Actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Branseensibus  
personaliter comparens nobilis Josephus filius nobilis Joannis  
Holonka Grochowski sanus mente et corpore existens palam publice  
ac libere recognovit. Quia sibi nobili Thomas olim Jacobi Dzierzek  
Quadragenta florenos polon debiti sibi per eum inscripti realiter et  
ex integro persolvit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto eius ef-  
fectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.

**Rozkowski**

**Quietatur**  
Coram officio et Actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Bran-  
seensibus personaliter comparens nobilis Petrus olim Mathias Le-  
sznienski nomine suo et nobili Valentini fratris sui unionis a quo de-  
rato et grato cavet sanus mente et corpore existens palam et libere reco-  
gnovit. Quia ipse a nobili Bartholomaeo Rozkowski avunculo  
suo Quadragenta sexagenas polon debiti per ipsum olim parenti  
suo coram Actis Tevesensibus Surasensibus inscripti pro exdotan-  
da sorore sua nobili Helizabeta in matrimonium nobili Sebastiano  
Jaskowski desponsata recepit et manualiter levavit et eidem  
futuro genero suo in vim dotis tradidit. Respectu cuius receptio-  
nis donec idem Sebastianus Jaskowski prefatus nobili Helizabeta  
Lesznienska reformationem in medietate omnium et singulorum bono-  
rum suorum fecit et inscripsit ideo ipsum quietat Inscriptionem  
cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.